



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||**

**Grégoire, Pierre**

**[Frankfurt], 1595**

**VD16 G 2996**

9 De accusationibus, inquisitionibus, & denuntiationibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

ingressu litis proponi debent; alioquin omissa non repetuntur; ut neque, quæ contra iudicem vel eius incompetentiã proponuntur, quæ præcedere debent defensionẽ. *b* Nisi forsã postea causa exceptionis de nouo ad potitiam peruenerit; c vel de nouo cõperit excipienti competere. *d* Peremptoriæ autem possunt obiici in quacunq; parte litis ante sententiam. *e* Potest & excommunicationis exceptio obiici post litem contestatam, *f* sed & post sententiam potest aliquando excipi de nullitate, vel manifesta eius iniquitate. *g* Omittemus alia exceptionum & replicationum capita, quæ ex singulis negotiis in iudicium deductis oriri possunt.

## SCHOLIA.

- a* *Vi in c. literas tuas*, 13. §. *secunda vero assertio, de restitutio. spoliat. cap. 1. 2. 3. de ordine cognitio. capit. exhibita*, 18. de *C* *indic.*  
*b* *c. inter monasterium, de re iudic. l. penult. & l. fin. de exceptio. C. l. 19. C. de probatio. causa suspitionis iudicis tanquam dilatoria ante litis ingressum opponi debent, alioquin coram eo subeundo iudicium illis videtur renuntiatum, ut dicitur in d. c. inter monasterium, & in ca. pastoralis, de exceptione, can. si quis episcoporum, §. exceptio. 3. q. 6. l. apertissimi, & l. cum specialis, de iudiciis. P. ita qui ab initio eas non proponit & comparet, defendit, & approbat personam iudicis, & ideo postea ipsum reuocare aut reprobare non potest, can. si testis, §. item si quis restibus, 4. q. 3. can. cum in agendo, 3. q. 8. l. sed et si suscepit, de iudic. P. vide plenissimam glossam de his, ad d. c. inter monasterium, ad verba subeundo iudicium, de sent. & re iud.  
*c* *vi in c. nostra, de procura. c. pastoralis, 4. de E* *except.*  
*d* *c. insinuante, de offic. delega. l. non distinguemus, §. cum quidam, de recep. arbit. P.*  
*e* *l. peremptorias, Cod. senten. rescin. non poss. leg. prescriptionem, 8. de exceptioni. lib. 8.**

- A* *C. tit. 37. capit. per tuas, qui matrimon. accusar poss.*  
*f* *c. exceptionem, 12. de exceptio. clem. vnic. eod. tit.*  
*g* *Imo & contra tres sententias conformes, Boerius in consuetud. Biturigum titulo de iurisdiction. omnium iudicum, §. 27. ubi multa, & apud Alexan. consil. 33. in fin. incipiente, viso themate, 1. volum. qui etiam ait, exceptionem nullitatis impedire executionem sententia.*

## DE ACCVSATIONIBUS, a inquisitionibus, &amp; denuntiationibus.

## TIT. IX.

- a* *Hic titulus exstat lib. 5. decretalium, titulo 1. & lib. 1. Sexti tit. 1. lib. 48. P. tit. 2. de accusationib. & inscriptionibus & lib. 9. C. tit. 2. de accusationib. & tit. 1. qui accusare non possunt. Eo referri possunt tit. ut nemo inuitus agere vel accusare cogatur lib. 3. C. tit. 7. & ubi de criminibus agi oporteat. tit. 15. Cod. eod. lib. 3. & lib. 7. tit. 20. de collusione detegenda. & tit. 21. ne de statu defunctorum post quinquennium quaratur. tit. 22. l. brix. decretalium, de collusione detegenda. Rursum lib. 10. C. tit. 11. de delatoribus, & titulus 13. de his, qui se deferunt. item titulus, de calumniatoribus, lib. 5. decretalium, tit. 2. & lib. 3. P. tit. 6. & lib. 47. P. tit. 15. de prauaricatoribus. & lib. 9. C. tit. 42. de abolitionibus, & tit. 45. ad senatusconsultum Turpillianum, & tit. sequen. de calumniatorib.*

## CAPVT I.

- 1 Continuatio.
- 2 Quid accusatio.
- 3 Dimissio eius.
- 4 Inquisitio.
- 5 Denuntiatio.
- 7 Exceptio.

**D**iximus antea a in libelli oblatione civilem & criminalem causam considerari; actum autem est de civili, agendum est nunc de criminali, in quo exceptiones quoq; ut defensiones, si legitimæ sunt, admittuntur. *b* Nolui autem consulto hunc titulum seorsum ab ordine iudiciario tra-

Atque, vel earatione, quod licet in pluribus A c  
ciuilia negotia a criminalibus distinguantur, c atamen in multis conueniant. d

2 A causa in iudicium deducta, accusator dicitur, quasi causator. e

3 Hæc porro causæ delatio, vel est secreta, vel publica. Secreta rursus interior, vel exterior inuenitur. Interior in conscientia cuiusq; est; f exterior priuata, apprens, accusatio, quæ & caritatiua monitio dicitur. g Publica item est, quæ fit, vel B  
solemniter, vel per inquisitionem, vel per denuntiationem, vel per exceptionem. Solempis accusatio, est delatio & persecutio criminis vsq; ad sententiã, facta coram iudice per libellum, verbis conceptis iuxta formã iuris compositum, & portectum iudici, ad vindictam publicam. h

4 Per inquisitionem fit detectio criminis, vel ad denuntiationem particularem, cum quis conqueritur de crimine sibi illato, & C  
perit inquiri de veritate super illo contra inferentem; vel ad denuntiationem factam per habentem officium deferendi, cuius particulariter alioquin non interest, vel super accusatione instituta, vel ex officio iudicis ex delatione famæ publicæ delictum esse commissum. i

5 Denuntiatio & delatio dicitur, quando crimen iudici, sine inscriptione commissum detegitur, k & maxime per eum, cuius D  
non interest. / Estq; proprie delatio criminis latentis facta iudici vel fisco, non obseruata formula accusandi, nuntiatio. m

6 Per exceptionem crimen proponitur & obicitur per modum defensionis, vt aduersarius vel testis tollatur. n Cæterum quamuis excipere de crimine reus possit cõtra accusatorem, tamen non potest tanquã accusator illud prosequi, donec prius de eo, quod sibi infertur, se purgauerit. o E

SCHOLIA.

a supra titu. 7. de libelli oblatio. in diuisione, c. 1. & 2.

b c. 2. §. nos autem, de ordine cognitio.

In gratiam tyronum iuris, harum quasdam referam differentias, prior erit ratione antiquitatis, quod prius fuerit peccatum & iudicium eius, quam dominiorum distributiones, vnde lues, ca. 3. Genes. nam dominia successu temporis post ortum & multiplicationem hominum fuerunt distributa iure gentium, & legibus principum, can. quo iure, §. distin. l. ex hoc iure, de iusti. & iur. cum similit. secunda, quod ciuilia negotia potius utilitatem priuatam & priuatorum respiciant; criminalia vero, magis vigorem publicæ disciplinæ; Pomponius in l. licitatio, alias locatio, §. quod illicite, de publica. & veltiga. & interest rei publicæ delicta puniri, l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. can. est iniusta, 23. quasi. 4. Teuia in causis ciuilib. procurator ad agendum & defendendum admittitur in iudicio. l. 1. §. resus, l. licet, §. porro, de procurat. l. fin. C. eo. & in eo. tit. in decret. alb. & Sex. maxime c. iue, eo. tit. At in criminalib. vbi reus ad vindictam publicam experitur, non admittitur procurator. l. pen. §. ad crimen, de public. iud. P. l. i. iunc conuenit, de accusat. C. cano. in criminalib. §. qu. 3. can. absens, per alium. 3. q. 9. can. si quando, 3. q. 6. Quarta quod pro delictis publicis reus, & aliquando accusator etiam in grauioribus carceribus concluduntur, l. 1. de exhiben. reis. C. l. 2. C. de custodia reorum, imo & mulier, auth. hodie, eo. 11. de custo. reor. C. pro ciuilib. nequaquã regulariter, l. nemo carcerem, de exactorib. tribu. C. authent. sed hodie, de officio. diuersor. iud. C. cum similit. paucis exceptis, in quibus pro ciuilib. quoque propter contumaciam aut dolum, quis in carceratur, vt ibidè notatur. Quinta, si criminalibus accusator ante inscriptionem potest desistere, nec tenetur licet prosequi, can. si quem, can. si quis iratus, 2. qu. 3. l. libertus, de in ius vocan. P. l. quasi tum ad Senatus con. Turpil. At in ciuilibus, post oblationem libelli tenetur offerens vsque ad finem licet prosequi. auth. quia semel, C. quomodo & quando iudex. d Con-

- d *Conueniant in nomine, quia & actio, accusatio dicitur in l. qui accusare, C. de eden. & accusatio aliquando pro actione, in l. Senatusconsulto, §. si propter mortis, ad Senatuscon. Turpil. 1. Potest etiam de criminibus aliquando ciuilitur & criminaliter agi, c. tua, de procurat. l. fin. de prima delict. P. l. fin. de fur. P. 3. quem admodum accusans post inscriptionem libelli, debet usque ad finem iudicium prosequi, cano. quisquis, can. qui crimen, 2. q. 8. sic & in ciuili qui agit, & obtulit libellum, authen. qui semel, quomod. & quand. iud. C. lib. 7. tit. 43. §. omne, de litigios. in nouel. authen. offeratur, de litis contest. C. 4. in utraque causa, ciuili & criminali, debet esse iudex competens, non suspectus, c. at si clerici, de iudic. tit. si a non competens iud. C. l. fin. de iurisdic. omn. iud.*
- e *c. forus, de verbo. signif.*
- f *Conscientia ipsa etiam nobis silentibus dum male agimus, nos lancinat & accusat. can. in cunctis, 1. 1. q. 3. can. nos potest, can. senti de Augustino, eadem 1. 1. q. 3. Interior hac dicta accusatio, que & occulta, quamuis uultus interdum animi ex parte prodatur, que pertinet ad forum penitentiale, non ad contentiosum; eoque nemo seipsum teneatur accusare aut declarare publice, aut crimen occultum inuicis, quamuis interrogatus contra se confiteri, c. inquisitionis, §. 1. de accus. c. 1. de proba. l. nimis grane, de testib. C. cum nec alioquin audiatur propriam allegans turpitudinem, l. trans actione finita, C. de transact. l. si creditoribus, de seruo pignori dato. C. l. 1. de liberal. causa. l. mercalem, C. de condic. ob turpem causam simil. in foro tamen penitentiali tenetur occultum crimen manifestum ei, qui confessionem eius audit, facere, & sponte etiam non interrogatus, in tota distinctione prima de penitentia. & Psal. Dixi confitebor aduersum me in iustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Est que hac accusatio salubris. can. presbyter, c. cognouimus, 6. dist. Eruntur etiam confessiones & accusationes sui ipsius quandoque, per tormenta & torturam, quando uidelicet aliunde subsunt iudicia, que occultum crimen quodammodo detegere uel signare uidentur. l. qui sententiam, l. quoties, C. de questionib. l. 1. eo. tit. P.*
- g *Exterior hac secreta accusatio, uel causatio, dicitur monitio fraternitatis, in cap. 2. de accusat. collocutio precedens iudicium, l. quidam Hyberus, de ferni. urban. predior. P.*
- h *Colligitur ex l. unie. C. de famos. libellis, facit l. qui cum natu, §. accusasse, de bonis libert. & colligitur ex titulis de accusationib. & ex illis, que hic subiiciuntur.*
- i *c. inquisitionis, c. qualiter & quando, de accusat. c. licet Hely, de simonia. inquisitio tamen non est ius prosequendi in iudicio, sed quidam modus deducendi causam in iudicium, ut notat Bartol. ad l. transigere, nu. 13. de transact.*
- k *d. c. qualiter, & c. super his, de accusa. simpliciter, non ut agatur criminaliter c. per tuas, 33. de simonia. lib. 5. tit. 3. Nomine accusationis uenit dilatio. l. eum, §. qui nomen detulit, de iure patrona.*
- l *c. inquisitionis, §. 1. de accus.*
- m *Colligitur ex l. edicto, §. id autem deferri debet, de iure fisci.*
- n *Exceptio est exclusio intentionis uel actionis, uel condemnationis, c. 2. §. nos autem, & seq. de ordine cognitio. l. 2. de exceptio. P. §. 1. eod. tit. apud Iustinia. Ita per exceptionem opponitur crimen agenti, c. super his, de accus. aut testib. ut eorum testimonia improbentur, c. testimonia, de testib. c. 1. de except. ante publicationem uidelicet testimoniorum, non postea, nisi & ante publicationem protestatus fuerit, cap. presentium, de testib. aut nisi crimina obicienda, post publicationem, excipienti innotuerint, c. fin. de cogn. spirit.*
- o *Non enim licet reo reaccusare, antequam se ab obiectis purgauerit, l. 1. qui accus. non poss. C. l. is qui reus, de publi. iudic. at licet ei excipere de crimine obiecto, quia tunc*

*suas prosequitur iniurias se defendendo, l. A  
neganda, C. qui accusa. non poss.*

## CAPVT II.

- 1 *De quibus fiat accusatio.*  
2 *Et inquisitio.*

**C**Rimina, pro materia sunt accusatio-  
num, denuntiationum, inquisitionum  
& exceptionum. De quocunq; enim cri-  
mine, qui generaliter potest accusari cri-  
minaliter, *a* de his tamen criminibus, *a* **B**  
quibus iam accusatus absolutus fuerit in  
iudicio contentioso, non potest accusatio  
replicari; *b* nisi ex collusione accusatoris  
primi, secundus doceat perperam absolu-  
tum. *c* Non controuertuntur etiam crimi-  
na remissa per veniam eius, qui habet po-  
testatem remittendi. *d* Euidentia autem  
patrati sceleris, non indiget clamore accu-  
satoris. *e*

Ut contra inquisitio generalis fieri non  
debet ab officio iudicis de occultis crimi-  
nibus, sed tantum de his, de quibus præ-  
cessit infamia. *f* Si tamen contra aliquem  
commissa alicui fuerit simpliciter facien-  
da inquisitio, & is eo tacito, de criminibus  
eius, omiſſa inquisitione de infamia, in-  
quisierit, valebit nihilominus inquisitio. *g*  
Nam & non præcedente infamia vel sine  
inquisitione de ea, si reus coram inquisi-  
tore ante inquisitionem de criminibus  
fuerit confessus, nihil ei proderit exceptio,  
quod prius de iisdem criminibus non fue-  
rit infamatus. *h* De quibus autem inqui-  
rere debet, qui potestatem habet, poterit  
cognosci interdum ex eius delegatione. *i*  
Quod si generaliter, ut inquirat, ei com-  
mittatur, pendebit ex eius arbitrio, de qui-  
bus inquirat. *k*

## SCHOLIA.

- a* *l. fin. de furt. l. fin. de priua. delict. siue cri-  
men sit publicum, siue priuatum, capitale  
aut non capitale, sic enim crimina diui-  
duntur in l. 2. de public. iud. P. l. 1. de pri-  
ua. delict. P. §. 1. 2. 3. de public. iudi. apud*

*Iustitia. c. unum orarium, §. criminis ap-  
pellatio. 2. §. distinct. potest & quis de plu-  
ribus criminibus accusari eodem libello. c.  
licet, de accusa.*

- b* *c. de his, 6. de accusat. nec de delicto unius  
hominis saepe quari debet. can. veniam, 3. §.  
questio. 9. l. licet, §. penult. nauta cauones  
stabula. P. dixi autem in iudicio conten-  
tioso, ad differentiam fori penitentialis,  
nã si in eo quis fuerit absolutus vel a Deo,  
vel confessore, quamuis in eo foro non possit  
reperi vindicta: tamen de eodem crimine  
ibi absoluto, saepe in iudicio cõtentioso qua-  
ri solet ad imponendam pœnam legalem,  
qua non impedit, ut nec publicam absolu-  
tionem, iudicium vel absolutio fori pœni-  
tentialis, can. admonere, 2. §. 9. 2.*  
*c* *cap. 1. de collusio. de egen. c. si quis homici-  
dii, de accus. l. 3. de præuarica. P.*  
*d* *can. sillic, 2. §. 4. cano. si quem, 8. §. no-  
tandum, 2. §. 3. can. diuina clementia, de  
pœnien. dist. 3.*  
*e* *c. euidentia. 9. de accus.*  
*f* *c. qualiter, 17. in fin. c. qualiter, 24. ca.  
cum oporteat, 19. c. inquisitionis, 21. §. 1.  
de accus.*  
*g* *c. 2. de accusa. in Sex.*  
*h* *c. 1. de accus. in Sex.*  
*i* *dict. capit. qualiter, 24. §. debet igitur, de  
accusat.*  
*D* *k* *c. olim, 26. ibi, quæ videritis inquirenda,  
de accus.*

## CAPVT III.

*Qui accusare possunt, vel non.*

**Q**uærendum autem in accusatione, cu-  
ius sit fidei, qui accusat, & qui accusa-  
tur. *a* Quia ubi non est legitimus accusa-  
tur, non est vexandus reus. *b* Edictum por-  
ro de accusando, prohibitorium est, ut qui  
**E** non prohibeantur, dicantur legitimi ac-  
cusatores. *c* Munus accusandi tamen ho-  
die defertur procuratoribus fisci. *d* Per-  
mittitur nihilominus his, qui suã vel suo-  
rum prosequuntur iniuriam, & ex ea cau-  
sa accusare, quamuis aliunde prohiberen-  
tur.

tur. *e* Alioquin & necessarium erit his, qui A  
nec suorum, nec suam prosequuntur iniuriam, si alios velint accusare, ut ipsi sint immunes & puri a crimine, *f* & proinde non possunt accusare heretici aut pagani Christianos, *g* incestuosi, *b* excommunicati, *i* sortilegi, aut diuini, *k* quive ad sortilegos magosque concurrerint, aut qui malas famæ & existimationis sunt, *m* ut nec inimici, *n* & cohabitantes inimicis accusati, *o* conspiratores, *p* aut conspirantes in reum, B  
*q* confessor accusans confessum de crimine sibi confesso, *r* viles personæ, quæ quæadmodum nec ad denunciandum, multo magis ad accusandum crimen admittuntur. Non accusat etiam *t* laicus personam ecclesiasticam, nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam: *u* aut agatur de criminibus occultis, quæ maxime detestatur ecclesia, in quibus laici, dummodo sint probata vitæ & fidei, audiuntur contra clericos, ut in crimine simoniæ, hæreseos, læsæ maiestatis. *x* Monachi accusare possunt, nisi alia rationabilis causa impediatur, suum abbatem, *y* licet alios accusare non possint. *z* Quare & illis debent, cum proprium non habeant, de rebus monasterii expensis necessariæ, donec causa debitum finem accipiat ministrari. *aa* Qui denuntiauerint contra aliquem crimina, & noluerint se subscribere, de iisdem criminibus non possunt D  
in posterum eundem accusare, vel de illo, ob eadem male loqui. *bb* Nemo deinceps per procuratorem potest accusare aut defendere in causa criminali, seu publico iudicio, *cc* ad excusationem tamen non veniendi, reus absens mittere potest procuratorem, *dd* vel si agatur de crimine non criminaliter, *ee* vel de crimine priuato. *ff* Neque accusat qui iuravit se non accusaturum, *gg* ut neque regulariter ad accusandum admittuntur impuberes, E  
pauperes de corruptione suspecti, *hh* serui, *ii* mulier. *kk* Nemo quoque inuitus accusare cogitur. *ll*

## SCHOLIA.

- a *can. querendum, 2. quest. 7. tractat Gellius, lib. 14. c. 2.*  
b *ca. 1. c. accedens, de accusatio. diui Ioan. cap. 8. glossa autem in d. c. 1. de accusatio- nibus refert hos versus, quibus continentur accusatores illegitimi.*  
Hi non accusant, quos metra sequentia signant.  
Fœmina, pupillus, delatus, crimine tētus.  
Suspectus, quæstu corruptus, sortilegusque,  
Infamis seruus, pauper cū milite princeps,  
Libertus, socius sociū, necnō inimicus, Clericus ecclesiā nullus deferre valebit.  
c *l. qui accusare, de accusatio. in P. can. prohibetur, 2. quæ. 1. ubi etiam ponuntur, qui ab accusatione arcentur, vide quæ dixi, lib. 32. Synagm. c. 12. & quæ per totum ipsum librum tractantur, ni fallor, accurate, de partibus & rebus accusationis.*  
d *Sic iniunctum munus accusandi procuratoribus fisci, & aliis prohibitum docet. l. omnes, de delatori. libr. 10. C. dicitur & in iure absolute officium, accusator publicus. l. ea quidem, quæ per officium, de accusatio. C. loco officii & denuntiatorum antiquorum, hodie sunt in curiis spiritualibus seu ecclesiasticis, electi viri probæ fidei clerici, qui crimina clericorum & laicorum, si pertineant ad curiam ecclesiasticam, deferant iudicibus ecclesiasticis, ut episcopis, officialibus, vicariis, archidiaconis, vel archipresbyteris vel aliis, ut erit illis a superiore iniunctum, & dicuntur promotores, vel procuratores fiscales, interdum nuntii, de quibus vide Bernardinū Diaz, in practica criminali canonum. capit. 4. 5. 6. hoc munus quoque exercent in Gallia procuratores regis & fisci, quibus denuntiantur crimina, ipsi vero dant operam, ut accusatione per illos proposita puniantur. Atque hos omnes necessitas officii a calumnia liberat suspicione, nisi ea manifeste in illis*  
D d d d

appareat. l. post legatum 5. §. qui accusavit, A  
 §. si advocatum, de his quibus ut indign. P.  
 l. ex varia statutorum, de delatoribus. lib.  
 10. Cod. Coniungit se tamen ut plerumque  
 procuratori regio vel fiscali, alius privatus,  
 cuius aliunde interest delictum puniri, qui  
 & ei denuntiat & suppeditat probationes,  
 suam suorumque, prosequiturque iniuriam,  
 quo etiam nomine evitat delatoris prohibi-  
 ti notam, l. deferre, §. sed & communem  
 causam, & l. delator, de iur. fisc. P.  
 e can. omnibus, 4. quaestio. 6. l. hi tamen,  
 11. de accusatio.  
 f cano. qui sine peccato, cano. postulat, cap.  
 sacerdos, 3. quaestio. 7. capit. qui crimen, 6.  
 quaestio. 1. non repellat autem quis a sui ac-  
 cusatione cum, quem ante neglexerit a sui  
 familiaritate repellere, cap. nulli episcoporum,  
 5. de accusa. Repellatur eadem ratio-  
 ne ab accusatione & publicus concubina-  
 rius, excommunicatus per denuntiationem,  
 cap. cum dilectus, 20. de accusatio.  
 g ca. alieni, & seq. 2. q. 7. ca. 1. & 2. 4. q. 1.  
 h can. consanguineorum, 3. q. 4.  
 i can. nullus, can. omnes, 3. q. 4.  
 k can. constituimus, 9. 5.  
 l can. quisquis, 3. §. fin. 2. q. 8.  
 m can. prohibetur, 2. q. 1. l. qui accusare, de  
 accusationibus. infames ibi repelluntur ab  
 accusando, infames autem sunt homicida,  
 malefici, fures, sacrilegi, adulteri, incestuo-  
 si, periuri, venefici, raptores, & alii, qui a  
 testimonio reuocantur, c. Euphemium, §.  
 1. 2. q. 3. cano. constituimus, 3. quaestio. 6. ex-  
 communicati, cano. infames, can. illi qui, 6.  
 quaestio. 1. haeretici, can. alieni, 2. quaestio. 7. hi-  
 striones, ca. desinimus, 4. quaestio. 1. & alii de  
 quibus in l. 1. de his qui notant. infam. P.  
 iure etiam civili censentur infames ex o-  
 mni crimine publico dānati, & ex privato,  
 furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum,  
 l. infamis, de pub. iudic. P. item ex aliis pri-  
 vatis, quorum actio infamat, ut de dolo,  
 pro socio, mandati, tutela, depositi, directa,  
 §. ex quibusdam, de poena temere litigan. l.  
 2. §. qui furti, & l. 4. §. 6. de his qui notant.

infam. Regulariter etiam infames dīli iure  
 civili, sunt infames iure Pontificio, ca.  
 omnes, vero, 6. quaestio. 1. capit. Euphemium,  
 cap. proximo, 2. q. 4. paucis exceptis, ut  
 de muliere, qua infamis iure civili est. fin.  
 tra annum luctus mariti nupsit, l. 1. de  
 secund. nupt. Codic. non autem iure Ponti-  
 ficio, cap. penult. & fin. de secund. nuptiis.  
 n Inimici ob suspicionem, ne praetextu accu-  
 sationis reo nocere desiderent, repelluntur,  
 capit. omnes, can. canonica, cap. quod sus-  
 specti, 3. quaestio. 5. cap. de retractores, 3. quaestio.  
 4. Sic reuocantur inimici in ca. cum oporteat,  
 9. ca. cum Pont. Manconella, ca. me-  
 minimus, de accusatio.  
 o ca. repellantur, 7. de accusatio. Sic nec ad  
 denuntiandum admittuntur, qui inimici  
 sunt denuntiati, dicit. ca. cum oporteat, ca.  
 inquisitionis, 21. §. tertia, ca. qualiter, 24.  
 §. ex quibus, de accus.  
 P cap. conspiratores, 3. quaestio. 4.  
 Q ca. cum dilectus filius, de accusatio.  
 R ca. si sacerdos, de officio ordi. ca. significasti,  
 §. de adulter. ca. omnis viriisque sexus, §.  
 fin. de poenit. & remiss. ca. sacerdos, de poen.  
 dist. 6. in quibus inueniuntur rationes pro-  
 hibitionis, & in cano. placuit, 6. quaestio. 2.  
 S. c. cum in tua, de sponsal. cap. nullus laicus,  
 & seq. ca. ipsi Apostoli, & can. sicut, 2. q. 7.  
 can. omnes vero, & can. sacerdotes, 6. q. 1.  
 D c. cum P. Manconella, 10. de accus. lib. 5.  
 tit. 1. l. omnibus, 4. q. 6.  
 V dicto can. omnibus.  
 X c. tanta est, de simonia, can. sacerdotes, ca. o-  
 nes, 2. q. 7. c. sane, 15. q. 3. l. si quemquā, C.  
 de epif. & cler. dummodo bono zelo ad ac-  
 cusandum vel testificandum accedant: non  
 autem si odio. c. licet. Heli. c. per tuas, de si-  
 monia. c. meminimus, c. cum oporteat, de  
 accusatione. Quod si laici essent viles perso-  
 ne vel mala fama, distinguitur, dum que-  
 stio est, an in exceptis criminibus admittā-  
 tur accusatores, an clerici sint bona fama,  
 & non admittātur eos accusantes: aliter  
 contra, c. in primis in fi. 1. q. 2. c. tanta, c. per  
 tuas, de simon.

ca. ex parte tua, 1. ca. illa, 3. de accusat. ca. A  
Euphemism, 2. qu. 4. Interesse enim vide-  
tur monasterii & monachorum, neque ob-  
edientia debita abbati eos ab hac denun-  
tiatione repellit aut prohibet, d. c. illa, & c.  
non semper, & ca. Iulianus, 1. 1. q. 3. argu-  
men. c. dilecti, in fine, de maior. & obed. ca.  
qua propter, 2. quast. 7. ut autem liberius  
id fiat, & sit reformatio facilis monasterii,  
dispensatio conceditur obedientiarum ipsi  
iure, atque iuramentorum, ca. olim, 26. de B  
accusat.

z dict. cap. ex parte tua, de accusat. nisi in-  
terferit monasterii, & de licentia abbatis, ca.  
monachi, 16. que. 1. quia alioquin mortui  
sunt mundo, ca. placuit, ca. 16. qu. 1. l. Deo  
nobis. C. de episcop. & cler.

aa dict. cap. ex parte tua, de accusa. & c. olim  
eod. Sed & ipse abbas, ut ait glossa. x. ad di-  
ctum, ca. ex parte, debet habere expensas,  
ut se defendat usque ad finem cause, etiam C  
si sit ab administratione remotus, secun-  
dum Ala. & Vincenium, ut refert ibi Io-  
hannes Andreas, argum. l. si instituta, de in-  
offic. testa. P.

bb In c. licet in B. Petro, 14. de accusat. ca. 1.  
4. q. 5. can. illi qui, 5. q. 5. l. s. ea, qui accu-  
sare non possunt. C. l. qui destitit, ad Sena-  
tusconsult. Turpillia. P. potuit autem, qui  
denuntiavit sine periculo calumnie ante  
inscriptionem descendere, cum nemo com- D  
pellatur accusare, ca. si quem, c. si quis ir-  
atus, 2. q. 3. & post oblationem libelli licet  
impune desistere, leg. quaesitum, ad senatus-  
consult. Turpillia. P. l. libertus, de in ius vocan. Ni-  
hilominus tamē, qui reum ita infamaue-  
rit iniuriarum nomine tenetur. l. itē apud  
Labeonem, §. si quis libello, de iniur. P.

cc c. veniens, 15. de accusatio. & ibi glossa  
notat, ad verba, criminalis exceptionis,  
can. absens per alium, 3. qu. 9. l. pen. §. 1. de  
publico iudic. P.

dd dict. c. veniens, c. cum dilecti, de dolo. ca.  
reos. 23. q. 5.

ee c. tua, de procurat. c. super his, 16. in fine,  
de accusa.

ff ut in crimine iniuriarum, c. absens, §. nisi,  
3. quast. 9. l. fin. C. de iniur. id ipsum dicen-  
dum de aliis leuibus criminibus, l. leuia, de  
accusat. P.

gg d. cap. veniens, de accusa. c. quem admo-  
dum, §. fin. de iure iur.

hh can. prohibetur, 2. que. 1. c. episcopus, qui  
mancipium, & seq. 12. q. 2. ca. 1. cum 3. se-  
quentib. 15. q. 3.

ii c. querendum est, 2. q. 7. ca. forus, de verb.  
significat.

kk can. prohibentur, 2. q. 1. in princip. 15. q.  
3. can. de crimine, eod. ca. forus, de verbor.  
significat. l. 8. de accusatio. P. l. 12. C. qui  
accus. nō possunt. Dicimus autem regula-  
riter, non permitti accusationem mulieri-  
bus, aliquando enim permittitur ex causa  
aliqua, ut si suam vel suorum prosequan-  
tur iniuriam, ut in principio 15. quast. 3.  
versic. nisi forte tuas. ca. ex eo quod, §. fin.

& c. certis de causis, in prin. & §. vxor tua,  
ca. 15. quast. 3. l. 1. & 2. de accusatio. Pan.  
l. 4. & 12. versic. nisi certis ex causis, C. qui  
accus. non poss. item in crimine lese maie-  
statis mulieri deferre potest reum, dicto  
ca. certis de causis, ca. in questionibus, ca.  
sane, §. vnde, 5. q. 3. l. 8. ad leg. Iul. maieft.  
item in crimine legis Iulia de annonā, ca.  
prohibentur, §. mulierum, 2. qu. 1. l. 13. de  
accusa. P. admittuntur & mulieres & in-  
fames in criminib. atrocioribus, & in fa-  
uorem fidei contra hereticos, c. presumūt,  
2. qu. 7. ut & in simonia, & ut diximus, in  
crimine maieftatis, can. sane, 15. q. 3.

ll ca. si quem penituerit, ca. si quis iratus, 2.  
q. 7. l. unica. C. ut nemo inuitus agere vel  
accusare cogatur. l. fin. de usur. pupillar. C.  
videlicet ante libelli oblationē & subscri-  
ptionem. Postea namque cogitur, nec im-  
pune desistere potest. leg. quaesitū, ad sena-  
tusconsult. Turpill. l. in senatusconsultum. eo. tit.  
iunge qua paulo ante diximus litera. C.

E CAPVT IIII.

1 Requisita accusationi ut monitio, & in de-  
nuntiatione.



2. In inquisitione infamia procedēs, & quādo fiat sine ea.
3. Præfens sit accusans, & libellus forma posita dicitur.
4. Quibus probationibus uti debeat accusans.
5. Forma accusandi antiquata veterum.
6. Edenda nomina testium iis contra quos inquiritur.

**A** Nie omnem ꝑ cuiuscunque generis accusationem exteriorem, admonitio quædam præcedere debet, quemadmodum & denuntiationem fraterna monitio delinquentis, ad correctionem prius si fieri possit ab eodem impetranda, quam ad inducendam publicam vindictam, a quinimo, nisi denuntiatio procedat a radice caritatis, tanquam maligna reicitur, *b* cum neque vindicta a reo. soleat de rigore exigi, sine admonitione precedente. *c* Accusationem debet præcedere inscriptio legitima, *d* ut denuntiatio e caritatiua monitio, *e* inquisitione clamorosa insinuatio seu infamia. *f*

**2** Ex officio tamen præfatus & iudex, ꝑ de statu generali prouinciæ singulis annis, nulla fama etiam delictorū interueniente, inquit. *g* Forma que iuramenti, quod generales inquisitores deputati obseruare debent, hæc est, ut iurent clerici, quod super his, quæ sciunt, vel credunt esse in sua ecclesia reformanda, tam in capite quam in membris, exceptis occultis criminibus, veram & plenam dicent inquisitoribus veritatem. *h*

**3** Per scripta & epistolam ꝑ nemo absens accusare potest, sed præfens & præfente accusato. *i* Caterum in accusatione criminali, nihilominus scriptura libelli quoque præfentis requiritur, *k* eiusque iuridica conceptio, *l* quæ continet annum & diem, quibus fit accusatio, *m* nomen iudicis eorum quo proponitur, *n* nomen accusatoris & accusati, *o* & criminis de quo fit accusatio, *p* tempus, *q* locum, *r* personas, in quibus & cum quibus factum dicitur. *s* De hinc & continet subscriptionem eius, qui

accusat, & libellum proponit, vel si literas non nouerit, quod alius pro eo subscribat & inserat, se probaturum, & subiturum alioquin pœnam talionis. *t*

Accusator autem debet ꝑ uti probationibus luce meridiana clarioribus, expeditis idoneis testibus, apertissimis documentis, iudiciis ad probationem indubitatis. *u*

Fuerūt & olim ex more ꝑ & legislatione antiquorū formulæ in accusandis criminibus propositæ & seruatae, quæ quia partim in desuetudinem abiierunt, partim vero immutatae sunt, sub silentio relinquemus. *x*

Illud autē seruandum, ꝑ ut ab iis, a quibus inquiritur, iuramentum exhibeatur de dicenda veritate, *y* & ut edantur nomina & dicta testium ei, contra quem inquiritur. *z*

## S C H O L I A.

**C** a. c. 2. *Et c. cum dilectus, de accus. Et Matib. ca. 18.* si peccauerit in te frater tuus, & quando videlicet agitur in modum denuntiationis ad poenitentiam, *c. nouit, de iudi. c. si peccauerit, 2. quest. 1. ca. licet Hely, de simon.*

**b** *c. cum in iunetute, 5. de præsum. lib. 2. tit. 24. can. nullus introducatur, 4. q. 4.*

**c** *can. indigne, 1. 2. quest. 2. can. quidam monachi, 16. q. 1. ca. omnes decime, 16. q. 7. cap. de illicita, 24. q. 3. ca. sacro, de sentent. excommunic.*

**d** *c. tue, de procurator. ca. super his, de accus. inscriptio continet obligationē ad pœnam talionis, id est, ad subeundam eandem pœnam, quā accusatus mereretur, si crimen contra illum propositum fuisset probatum, ca. quisquis, ca. qui crimen, 2. qua. 8. sunt tamen quædam crimina relata per glossam, in c. super his, de accusa. in quibus non exigitur subscriptio, ut in crimine abigatus, l. cui de abigeis. C. l. in leuibus, l. lenia, de accusa. Et in his, quæ per officium, vel per personas publicas accusantur, l. ea quidem, quæ per officium, C. de accusa. Item si*

**E** *accusa*

accusatur Iudaeus, qui contraxit cum Christiana matrimonium, vel Iudaea, que nupsit Christiano. l. nequis, C. de Iude. Si de apostasia quoque accusatio instituitur, l. Apostatarum, C. de Aposta. si maritus iure mariti intra tempus ad id a lege constitutum, accuset uxorem de adulterio, l. quamuis, in 2. §. l. iure mariti, C. ad l. Iul. de adulter.

e ca. 2. §. c. cum dilectus, de accusa. iure tamen canonico in laicorum criminibus denuntiandis, non requiritur monitio precedens, c. qualiter §. quando, in 2. §. fin. de accusa. Et iure civili fama & rumor promotione habentur, d. l. ea quidem, C. de accusat. facit l. ab accusatore, §. nuntiatores, ad senatus consultum Turpill. P.

f l. est, late sparsa fama, & qua sit publica & constans de crimine commisso, & non amaleuolis & data opera disseminata, ca. qualiter, in 2. §. c. inquisitionis, §. ad hoc, C. de accusa.

g ca. sicut, 25. de accusat. c. Romana, de censibus, in Sext. c. cum venerabilis, eod. tit. apud Gregorium, id ipsum & omnibus magistratibus iniunctum secularibus, l. congruit, de offi. praesid. P. c. 1. de offi. ordin. & Archidiaconis visitantibus, in cap. 1. de censibus, in Sext.

h c. qualiter & quando, 17. de accusat. non sit autem prius inquisitio, quam constet de infamia, c. cum oporteat, 19. de accusat.

i c. per scripta, 5. 2. q. 8. c. a nobis, qui matrimonio accusari possit, nihil prohibet tamen, quin libellus dari possit absente accusato, ca. Epiphanium, 5. q. 6. l. 2. C. de exhib. reis.

k c. 1. 2. q. 8. ibi, accusatorum personam nunquam recipiantur sine scripto, & c. can. quisquis, 3. §. seq. ead. q. & causa, libellorum, de accusat. P. l. in criminalibus, §. l. si. C. eod. tit. Admonet autem scriptura, de liberandum esse mature de accusatione rei, in cuius probationis defectum succedit poena talionis contra accusantem, l. si cui crimen, de accusat. P.

l Qualis sit conceptio libelli, tractatur in ca.

A si. §. libellorum, 2. q. 8. in l. libellorum, de accusat. P. ex quibus, qua sequuntur summa sunt. m Sic enim exempli causa concipitur, anno Domini, & c. die tali, & c. talis coram vobis, & c. dict. l. libellorum. Adiectio certi temporis facit, ut noscamus, si tempore permissio vel extra, instituta sit accusatio, qua & tempore perire potest, quemadmodum & prescriptio non accusati criminis obiecti potest ad summum post viginti annos l. querela, ad leg. Cornel. de falsi. C. l. 2. §. 3. C. de requiren. reis. ca. cum venerabilis, §. intelleximus, de exceptio. & contra accusationem adulterii quinquennium, l. maritii lenocinium, §. quinquennium, & §. hoc quinquennium, ad l. Iuliam, de adult. P. l. adulter, C. eod. tit. nisi adulterium sit cum incestu; quo casu 10. anni, in praescriptione exiguntur, l. vim passam, §. praescriptioni, eod. tit. & ita etiam observari in curiis supremis, in Gallia, notat Papius, libr. 24. Rhapsodia arresto. tit. 2. arrest. 1. & 2. Adiciuntur quoque anni imperii & nomen imperatoris, vel regis, vel summi Pontificis, secundum mores curiarum & regionum, ut in §. si qua vero, ut preponatur nomen Imperatoris inuncta glo. in novel.

n Nomen iudicis habet certitudinem fori, coram quo contentio sit, ut sciatur num legitima sit accusatio ratione competentis iudicis, iuxta titulum, ubi de criminibus agi oporteat. & authent. qua in provincia, eod. tit.

o Nomina quoque haec necessaria, ut constet de personis iudicis, actoris, rei, qua iudicium constituunt. l. Iulianus, l. inter litigantem, de iudic. P. & num, qui accusat accusare possit, & accusatus accusari ab eo.

p Nomen criminis indicat qualitatem eius, cum circumstantiis, ex quibus instruitur iudex ad imponendum modum poena, iuxta leg. respiciendum, l. aut facta, de poenis. Pandect.

q Tempus etiam criminis discernit qualitates eius, ut in fure diurno & nocturno, emanforemque a deserto separat, & s. d. l. aut

facta, §. tempus, de pœn. P. Habetur & ratio temporis, quo vulnera illata sunt, si homicidii quis accusatur, ut de eo teneatur, si tunc fuerint lethalia, imputetur autem mors fato, si aliter postea superveniens moriatur, l. nihil interest, 3. 2. ad leg. Jul. de adult. l. huic scriptura, §. 1. ad leg. Aquil. l. ita vulneratur, eod. tit. Sic a testibus, dum super crimine examinantur, inquiritur de die & tempore, quo commissum est, ca. nihilominus, 3. q. 9. ca. in testibus, 4. q. 3.

**L**ocus etiam maleficia distinguit, auget, vel minuit vindictam eorū, l. aut facta, §. locus, de pœnis, & ibi locus distinguit furtum simplex a sacrilegio, ut & in l. sacrilegii, & l. sacrilegi. ad l. Jul. pecul. & iniurias, l. sed est questio, §. 1. de iniur. P. & adulterium, l. mariti lenocinium, de adult. Pand. locus etiam alicui auget vel minuit dignitatem, cap. cum sis, de auctoritat. & usu pallii, l. 1. de offic. procons. Pand. Subinde certitudo loci conducit ad diiudicandum, num calumniose crimen inferatur, & num crimen commissum sit: quia & rei incertitudo arguit calumniam, ut liquet ex cap. 13. Danielis.

**H**ac etiā pertinent ad criminis distinctionem, ut si de adulterio agatur, multum interest, cum sanguine coniuncta, an cū alia, commissum sit, & in stupro, num cum puero, vel Vestali, vel alia. pœna enim in his diversa, leniores aut graiores, ut docuimus superius, lib. 4. tit. 14, de adult. dicit. l. libellorum, & can. fin. §. libellorum, 2. questio. 8. Subscribens hac inscriptione videtur approbare omnia in eo libello comprehensa: ut in aliis quoque scripturarum subscriptionibus manifestum est, l. si quis ex argentarius, §. 1. de edend. Pandect. §. 1. de emtio. apud Iustinia. §. sed etsi quis, aut mutui, & de instrumento fide ac cautela, in nouell. l. si fideiusor, §. pater, de pignori. Pand. fit subscriptio libelli ante litem contestationem, l. in senatusconsultū, §. qui post, ad senatusconsult. Turpillia. P. subscriptio est potissima & substantialis pars libelli

accusatorii. Sic enim ait in ea, profitetur se esse accusatorem, id est, se velle persequi accusationem, & subituum talionē, dicit. l. libellorum, §. item subscribere, & d. can. fin. §. item subscribere, & can. qui crimen, 2. quest. 8. can. nullus introducatur, §. inscriptio, 4. quest. 4. l. qui crimen. C. qui accusare non poss. Ante hanc subscriptionem non est accusator audiendus, neque reus postulatus vexandus vel vocandus, l. 2. §. ex longinquo, de exhib. reis, ut non existente legitimo accusatore, capit. 1. de accusatio. Talionis autem pœna, que ex illa inscriptione nascitur, nihil aliud est, quam ut is, qui crimen illatum non probavit, subeat pœnam, & ea pleclatur, qua efficiendus esset reus accusatus, si pleclatum fuisset, ca. 3. & 4. 2. q. 8. l. si. C. de accus. l. in priuatis, ad senatusconsult. Turpill. & dicemus paulo post in effectu accusationis.

**C**ausa sciunt cuncti, 2. quest. 8. l. fin. C. de probat. can. dicit, 3. 2. quest. 1. can. 1. 3. q. 6. alioquin pro reo sententia fertur, ut ibidem dicitur, & in dubiis fauorabiliores rei, l. fauorabiliores, de regul. iur. Pand. promitiores ad liberandum, quam ad obligandum, leg. Arrianus, de actio. Pandect. cum satius sit nocentem absolui, quam innocentem cōdemnare in dubio, l. absentem, de pœn. P.

**O**rdo antiquus exercētorum iudiciorum abrogatus fuit, & cœpit extra ordinem in iudiciis criminum procedi, l. ordo, de publico. iud. Pandect. l. 1. §. in senatusconsultum, ad senatusconsult. Turpill. P. l. 1. §. fin. & l. hodie, de pœn. P. fuit autem antiquus ordo, ut in primis accusator ad quæsitores, cui iudicii exercitium contigerat, rei nomen deferret, & postularer, illud nomen recipi, postea subscriberet se, & ad talionem se obligaret, dicit. l. libellorum, §. item subscribere, de accusatio. Pand. Subscriptionem facta, proponebat accusator talem tale crimen fecisse. Si silebat reus conuentus, litem estimabatur, ut eo victo, si negabat, a magistratu dies inquirendorum criminum postulabatur.

fulabatur, & hoc modo legibus reus interrogari dicebatur, post hanc interrogationem reus in reatu constitutus quoque dicebatur. Indices vero reorum prator ex decuriis constituerebat, eorumque nomina in urnam mittebat, & ex his numerum necessarium sortiebatur, ex eoque numero reo & accusatori integrum erat reuicere, quos ex aliqua causa suspectos habebat. In reiectorum autem locum, prator alios substituerebat, quos ad legitimum numerum, qui legibus designabatur, conficeretur, dehinc iurando conscripti indices, ut refert Dionysius Halicarnas. lib. 7. adigebantur, iurabantque omnes in leges, præter ipsam prætorem. Die cognitionis citabantur voce præconis indices, rei & accusatores, ut ait Festus Pompeius, libr. 16. Asconius Pedianus, in 13. Verrinam Ciceronis, Si citatus accusator non venisset, nec excusatus esset, ex reis eximebatur accusatus. Cicero in 4. Verri. Si utraque pars aderat iudicio, oratoribus dicendi potestas fiebat. Citabantur & testes palam, & publice interrogabantur, dicta eorum in promtu refellebantur. Causa utrinque perorata, præco dixisse oratores pronuntiabat. Quintil. libr. 1. cap. 5. Ascon. in 3. Verrinam. Deinde indices accipiebant tabellas iudicis, inscriptas literis absolutionis, condemnationis, & ampliationis. Quarum aliquam cum ad consilium missi fuissent, in cistam conicere necesse habebant, antequam lege Glauca comperendinandi data illis fuisset potestas. Ex hoc autem solemnibus ordine non nihil Pompeia lex immutauit, qua refert Asconius Ped. in orat. pro Milone. Euerfa autem omnia fere cum populi libertate fuerunt ab Imperatoribus postea.

Y. o. qualiter, 17. §. formam vero, de accus. 2. dict. cap. qualiter, §. debet igitur, vers. & E non solum dicta, & c. olim, 26. §. si veritate, de accusat.

## CAPVT V.

Qui accusari possunt.

**A** Regulariter omnes accusari possunt delinquentes, a cuiuscunque sexus sint, b quandocunque apparuerint. c Possunt a subditis clericis prælati, a monachis suis Abbates accusari, d maiores ætate & minores, cum etiam sint delicta, quæ in pueris vindicari possunt. e Accusari autem non potest inimicus aut eius amicus. f Difficilius autem & cum maiori iudicio admittitur accusatio vel inquisitio contra præpositos, quam contra subditos, quia prælati positi sunt tanquam signum ad salutem, & quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, suspendere, ligare. Ideo odium multorum incurunt, & insidias patiuntur. Atque etiam in eorum accusatione ecclesiæ periculum imminet, columnis eius excussis & impulsis. g Non admittitur contra absentem, nisi in contumacem, accusatio. h Qui sacerdotes fieri nequeunt, sacerdotes accusare prohibentur. i Multo magis laicis passim accusare episcopum non licebit. k Quamuis autem iure ciuili non liceret uxori maritum de adulterio accusare, l tamen hoc iure Pontificio licet, quo mutuo se coniuges accusare de eo possunt, etsi non æqualiter. m Veruntamen consanguineos coniunctos matrimonio, extraneorum nullus accusat, sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, ut pater, mater, frater, soror, patruus, auunculus, amita, matertera & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit ab antiquioribus & veracioribus, quibus ea propinquitas nota sit, episcopus inquirat. n Nisi propter quæstum quidam accusent. o Non accusantur de crimine rei post eorum mortem, p paucis exceptis. q Nec admittitur regulariter inquisitio aduersus denuntiatos, qui sunt famæ integræ, r nisi non fuerit inquisitioni hæc exceptio opposita, s aut nisi is, contra quem inquitur, fuerit crimen confessus. t

## S C H Ö L I A.

- a *Interest enim Republica, delicta cognita esse, l. cum, qui nocentem, de iniur. Pan. ut puniantur, l. ita vulneratus, ad l. Aquil. P.*
- b *can. si quis cuiuslibet, 21. q. 5.*
- c *Iure Pontificio can. quicumque, 81. dist. ca. qui contempta, 8. dist. can. ecce, 24. q. 3. quamuis quoad penam legalem, interdum ad accusandum detur certum tempus, ut in lucro adulteris & separationis thori quinquennium, l. adulter. C. de adul. ca. tua, de procurat. & in aliis accusatio excludatur 20. annorū lapsu, l. querelam, C. de fals. qua tamen habent locum in poena legalis, nam in alia, usq. ad milleimum annum accusationem, quando cunque crimen apparuerit, institui posse, tradit Hugo glossator, ad can. admonere, ad verbum, penitentia, 33. q. 2.*
- d *c. 2. c. penult. de accusatio. can. Paulus, & seq. can. quapropter. can. si quid in ecclesia, 2. quest. 7. Accusare etiam & monachi ex caritate possunt episcopum, ca. nullus monachus, §. sed aliud est, 2. q. 7.*
- e *ca. 1. & 2. de delict. pueror. can. illa, 15. q. 1. & etas non dat impunitatē, l. auxilium, §. in delictis, de minor. 25. ann. l. impunitas, C. de poen.*
- f *c. repellantur, c. meminimus, de accus.*
- g *Hac omnia, in c. qualiter, 24. de accusat. & latius, in c. 2. epist. Stephani Papae primi, de accusationibus episcoporum.*
- h *c. eorum, 11. q. 3, & per totam, 5. q. 9.*
- i *can. ipsi apostoli, 2. quest. 7. can. omnes vero, can. sacerdotes, 6. quest. 1. nisi agatur, de simonia, & heresi, can. nos sequentes, & seq. ead. 6. q. 1.*
- k *ca. 1. can. clericos, 49. can. laici, 2. q. 7.*
- l *l. 1. C. ad l. lul. de adul. can. apud, §. hoc in mulieribus, 3. 2. q. 5.*
- m *can. Christiana, 3. 2. q. 5.*
- n *can. 1. & 25. q. 6. saltem propinqui praferendi in hac accusatione extraneis, ca. videtur, qui matrimon. accusat. poss. libr. 4. tit. 18.*
- o *Nam & mater ipsa, & qua spe questus ac-*
- A** *cusauerit matrimonium, reicitur ab accusatione, c. significante, 5. qui matrimon. accusat. poss.*
- P** *ca. admonere, 8. 33. qu. 2. quia morte crimina extinguuntur, ca. quorundam, 23. dist. l. 1. si reus vel accusator mortuus fuerit, C. l. defuncto, de public. iudic.*
- Q** *Veluti si agatur de criminibus atrocioribus, ex quibus etiam mortui memoria post mortem damnatur, ut in criminibus laesa diuine & humane maiestatis, in crimine peculatus, & similibus, l. ex iudiciorū, 20. de accusat. in P. ubi de his non finiuntur etiam morte crimina, si ratione bonorum post mortem, quis agere velit. l. fin. si pend. appellat. mors interuenerit, vel si reus moriatur post litem contestatam, cum eo, quo casu, & contra heredes bonorum persecutio in poenā datur. d. l. ex iudiciorum, & l. vni. ex delicto defunctor. in quantum hared. testam. cum similib.*
- C** *In c. cum oporteat, 19. vers. nisi super praedictis, §. a teris, vers. nullam esse pro crimine, de accusatio. c. inquisitionis, 21. §. quaesisti, & §. ex quibus, eod. tit.*
- S** *nam si ab initio inquisitioni non obiciatur hac exceptio, nō vitabitur ideo inquisitio, ca. 2. de accusat. in Sext.*
- T** *ca. 1. de accusatio. in Sext.*

## C A P. V I.

- 1 Effectus inquisitionis.
- 2 Denuntiationis.
- 3 Et accusationis.
- 4 Effectus obiectionis criminis per exceptionem.
- 5 Qualis poena criminis per inquisitionem apparentis.

**E** *SI per inquisitionem iudicis crimen probatum fuerit, quod ordinis suscepti executionem, aut retentionem beneficii, etiam post peractam poenitentiam impediret, puta si homicidium commisisset, aut adeptus fuisset ordinem, aut beneficium vitio simoniae, erit in causa sicut in accusationis iudicio procedendum, alioquin secundum*

eundem personę merita & qualitatem excessus, pœnam poterit iudicantis discretio moderari. *a* Infamia tamen sola ad condemnandum nõ sufficit, nisi probetur; inducit tamen necessitatem purgationis infamato, & in qua deficiens punitur, vt conuictus. *b*

*2* Denuntiationis finis, manifestatio criminis ad emendationem & pœnitentiam sine intentione prosequendi. *c*

*3* Vt accusationis ꝑ ad vindictã pœnæ, *d* & ideo, qui ex aliqua causã prohibetur accusare, vt quia iurauit, se nõ accusaturum, non prohibetur denuntiare. *e* Ad denuntiationem & famam pertinet inquisitio, cuius finis indagatio veritatis, *f* cum vanę populi voces audiendę non sint. *g* Accusato prelato, interim ei interdicitur alienatio rerum ecclesiasticarũ. *h* Nemo autem debet de crimine non manifesto sine legitimo accusatore damnari, *i* de manifesto potest, *k* aut si in modo inquisitionis cognitum fuerit de crimine, *l* aut iudex intelligat quempiam calumniatũ fuisse, *m* aut si infamatus de crimine deficiat in purgatione. *n* Sed etsi libellus non fuerit legitime cõceptus, aboleretur nomẽ rei, *o* quamuis non aboleatur crimen eius. *p*

*4* Per exceptionẽ ꝑ factã detectio criminis, defensionem habet excipientis, & repulsionem tantum eius, contra quem obliicitur. *q* Opponuntur autem crimina per exceptionem tantum testibus ante publicationem testimoniorum, non postea, *r* nisi post publicationem crimina in notitiam venerint opponentis, vel fuerit protestatus ante publicationem opponere se velle crimina. *s* Qui per viam exceptionis obliicit crimina nullo periculo calumniatis vel deferentis innodatur, qui nemini facit iniuriam, qui iure publico vtitur, & ad sui defensionem. *t*

*5* Quando vero ꝑ per modum inquisitionis crimen probatũ fuerit, regulariter arbitraria, non ordinaria pœna imponitur, nisi tale crimen per inquisitionem fuisset

A detectum, quod etiam post peractam pœnitentiam impeditur ordinis suscepti executionem.

## S C H O L I A.

- a* *c. inquisitionis, 21. accusat.*  
*h* *d. c. inquisitionis, 21. §. si. & c. accedens ad presentiam, 23. de accusatio. de necessitate purgationis, toto tit. de purgat. canonica, & in summa, 2. q. 4. & in glo. in summa, 1. §. quest. 5.*  
*B c* *c. super his, de accus. vt nota crimina fiant iudici, qui potestatem habet inquirendi, de reliquo fit denuntiatio vel delatio.*  
*d* *Accusatio habet finem, vt fiat probati criminis vindicta publica.*  
*e* *c. quemadmodũ, 25. de iure iur. lib. 2. tit. 24.*  
*f* *l. diuus Adrianus, de custod. reorum. P. c. qualiter, in 2. de accusat. ca. licet Heli, de simonia.*  
*g* *c. Osius, de elect. neque ad vanas voces populi quispiam damnandus vel absolvendus est, c. miramur, 61. dist. l. decurionum. C. de pœnis, can. si ergo, 8. qua. 1. ideo in c. inquisitionis, §. quasi iusti etiam, de accusat. sola fama delicti non facit reum, neque infamat inter bonos & graues, quãquam infamato sit imponenda purgatio canonica, vt dictum est.*  
*h* *c. prelatorum, de accusatio.*  
*i* *c. vnic. vt ecclesiastica beneficia sine diminutio conferantur. lib. 3. tit. 12. can. de manifesta, 2. q. 1. can. quisquis potestatem, 22. qua. 4. l. rescripto, §. si quis accusatore, de munerib. & honor. P. gloss. ad d. c. vnicum, ad verb. sine accusatore, addit exceptiones, in quibus sine accusatore quis damnari potest, vt si suspecta, de falso in iudiciũ producantur. l. iubemus. C. de probat. si testes vacillent, l. nullum. C. de testibus, cap. super his, de pœnis, & c. colligit & alias exceptiones, ad ca. de manifesta, 2. q. 1.*  
*E k* *c. euidentia, de accus. c. manifesta, ca. qua Lotharius, 2. q. 1. ponitur ratio, in §. 1. d. c. Lotharius, quod in manifestis, calliditate accusantium non opprimitur reus, nec tergiversatione proprium crimẽ celatur, cum*

E e e e

culpa oculis omnium se ingerat, atque A  
ideo nec in talibus iudicialis ordo requiritur.

**l** ca. qualiter & quando, & c. inquisitionis, de accus.

**m** c. si quem, §. notandum, 2. que. 3. c. 1. & 2. de calumniatoribus, leg. 1. §. 1. ad senatus. Turpill. P.

**n** cap. de hoc, de sponia.

**o** l. libellorum, §. quod si libelli, de accusat.

**p** Aliud autem est aboleri crimen, aliud nomen rei ex defectu accusationis, quod minus est. Nam criminis abolitio abolet accusationem, accusationis autem abolitio non abolet crimen. Aboletur autem accusatio, quando accusator renuntiat accusationi criminis publici, vel desistit ab accusatione impetrata abolitio, id est, potestate desistendi ex certa causa, aliter enim puniretur desistens, ut tergiuersator, l. 1. in prin. & §. si quis autem, ad senatus. Turpil. l. 3. §. fin. de prauaric. P. poterit autem ita derelicta accusatione accusatus ab alio accusari iterum de nouo, si ostendat is secundus priorem colluisse vel prauaricasse, ca. fin. de collusio. detegen. l. si quis homicidii. C. de accusation. atque non obstante defectu accusationis, iudex crimen obiectum inquirere potest, & de collusione, c. 1. & 2. de collus. detegen. item & alius, si suas vel suorum vlterius iniurias, abolitio criminis, repetit accusationem, l. si cui crimen, §. si dem criminibus, de accusationibus. P. dummodo delatus iam a reis exemptus sit, non aliter. l. hi tamen, §. si eo. tit. de accusatio. P. Est & alia abolitio respectu accusatoris, quando non seruauit formam requisitam in libello, quo casu si ob id a reis eximatur accusatus, poterit iterum accusari etiam ab eodem accusatore, l. libellorum, §. quod si libelli, de accusationib. Contra si ex parte rei abolitio criminis contingat, vel quia remissa pena & crimen est, ut tit. de abolitionibus, & de generali abolitione, in c. & in l. libellorum, §. fin. de accusat.

**q** Quare exceptiones testium, que fiunt per

obiectionem criminum per illos commissorum, non habent illum finem, ut de commissis sumatur vindicta, sed ut reiciatur: ideo nec puniuntur etiam ratione illorum, sed conuicti reiciuntur a testimonio, cap. 1. de excep. c. cum testimoniis, c. 2. in fi. de ordine cognit. l. Lucius Tuius, de ordine cognitio. nec admittitur triplicatio contra exceptionem, ca. super his, de accusat. quia iam finem adepta est exceptio, nempe quod testis reiectus sit, nec ideo exceptum de crimine, ut de eo fieret vindicta, sed ut pro defensione concederetur, facit. c. intelligimus, de iudic.

**r** c. presentium, de testibus.

**s** c. fin. de cognatio. spiritua.

**t** l. iniuriarum, §. 1. de iniur. cap. cum in ecclesia, de elect. l. in re mandata, C. mandati, l. si quis, §. sicut, de petitis. hered. neque iniuriam irrogat, qui ex iure commodum suum prosequitur, l. si donaturus, §. 1. de condict. causa data. P. l. 1. §. quod ait praetor, de incendio, ruina & naufragio, & excusatur, qui voluit qualitercunque sanguinem suum redimere, l. 1. de bonis eorum, qui ante sententiam mortem sibi conscuerunt. Pand.

**u** c. inquisitionis, 2. in prin. c. qualiter, 24. §. verum ita, vers. quatenus, de accusat.

**x** d. c. inquisitionis, vers. in quo quidem.

#### C A P V T V I I.

##### De accusationum vitiis.

- 1 De calumnia & penationis,
- 2 De denuntiatione non probata & delatoribus.
- 3 De prauaricatore.
- 4 De tergiuersatore.

**A**ccusationes aliquando finem suum non consequuntur, ob calumniam, aut propter prauaricationem, aut tergiuersationem accusantis.

**E** Calumniari est falsa crimina fieri & ueritate alteriusque vexandi causa, intendere. a Calumniantes simili supplicio affici merentur, quo puniendi essent accusati, si criminis illati rei peracti essent. b. Et vocatur

vocatur horum pœna, pœna talionis. c. Punitur & acrius calumnia insonantibus & maxime sacratis hominibus. illata, quare si subdiaconus sit, qui subdiaconum vel alterius ordinis maiorem calumniatus fuerit, officio debet priuari, & verberibus publice castigatus in exilium deportari. d

<sup>2</sup> Denuntians vero ꝑ seu delator, quamvis ex subscriptionis vinculo ad talionem non teneatur, attamen, si persona ecclesiastica superiori denuntiaverit crimē, quod non potuit sufficienter probari, donec canonice suam purgauerit innocentiam, quod non calumniandi animo ad crimina denuntianda processit, ab officio & beneficio est suspendendus, ut ceteri perterriti, ad infamiam aliorum maxime suorum non profiliant prælatorum. e Pernitiosum genus hominum delatorum, qui nolunt videri accusatores, & tamen secreto famam & bonam existimationem prætextu cuiusdam conscientie suis delationibus maculant. f Ut merito a Cæsaribus tanquam impiissimi delatores, si sua non interfit, cum pœna reiecti fuerint. g

<sup>3</sup> Prævaricatio fit in accusatione, ꝑ quando corruptus pecunia accusator, colludit cum accusato, & fouere incipit partes accusati, propriis relictis, ita prævaricari est falsa crimina abscondere. h

<sup>4</sup> Quando vero, ꝑ quis omnino ab accusatione desistit, tergiuersator & tergiuersari dicitur. i

## S C H O L I A.

a l. 1. ad senatusconsultum. Turpil. l. athletas, §. calumniator, de his, qui notantur infam. P. Notare autem oportet illas circumstantias, scienter, malitiose, vexandi causa, intendere, cum quibus, qui non probat, calumniari dicitur, l. 1. de advocat. diuersor. inducio. P. l. §. in priuatis, ad senatusconsultum. Turpil. l. si quis repetere, §. si stellionatus, eod. tit. Ceterum ex eo solo, quod quis non probauit intentata crimina, non dicitur calumniator, nisi quoque in sententia

absolutionis rei, & eius cōdemnationis adiciatur, calumniatus esse, ad est, non probasse & calumniatum esse, l. qui non probasse. C. de accusat. l. 1. §. sed utique, ad senatusconsultum. Turpil. P. d. l. athletas, §. calumniator, de his, qui notantur infam. Pan. Sic iudex in declarando calumniatore, mentem examinat accusantis, si necessitas, vel iustus dolor sit accusandi, & cessat calumnia pœna in paterna mortis accusatione. l. calumnia pœna, 4. de calum. C. si mater de filia morte accusat, l. 2. C. eod. titulum. si ob damnum, l. qui cum maior natus, §. si patri, de bonis liberti. Pand. si ex officio necessitate accuset tutor, l. tutorem, C. de his, quibus ut indign. Nisi aliunde euidentis calumnia apparet, l. 2. C. de his, qui accusari non possunt. Id ipsum seruatur in accusatione officii, vel procuratoris ficti, qui ex officio accusare tenetur, leg. post legatum, §. admonet, de iure fisco. P. l. moneta, & l. ex varia, de delatoribus, libr. 10. C. Est etiam calumniator, qui alios ad accusationem falsam instigat, quos subicit accusatores, l. 1. §. incidit, ad senatusconsultum. Turpil. & ideo eadem pœna punitur, ac qui per se calumniatus est, ut ibidem dicitur, & in l. nostros, C. de calumniatori.

b can. calumniator. can. qui non probauerit, 2. q. 3. ca. 1. can. 2. ca. qui calumniam, 5. q. 6. l. in priuatis, ad senatusconsultum. Turpil. l. ab Imperatore, de prævaricatoribus, C. l. si de priuatis delictis. Isque est obligationis ex subscriptione effectus, cano. quisquis, can. qui crimen, 2. q. 8. l. qui crimen, qui accusare non possunt. C.

c Talio à grecis, seu retributio, ut qualia quis iniulit, talia patiatur. Lenit. 24. Deniero. 19. dicitur & pœna talionis modus ultionis. can. sex differentia, 23. qu. 3. can. quod debetur, 14. q. 1. ca. hac autem, §. ex his, 23. qu. 4. Talionis pœnam delinquentibus imputat ex lege 12. tabularum, meminit etiam Gellius, libr. 20. ca. 1. & §. pœna, de iniuriis, apud Iustinum. videndus & de hac repassione geometrica & arithme-

vica, Aristoteles, lib. 5. & hic. c. 5. dum ex-  
 plicat quoque legem simile Rhadamanti.  
 d ca. 1. de calumniatori. lib. 5. tit. 2. sacrate  
 & ibi persona dicta sunt Ecclesiastica, &  
 c. non nos beatum Petrum, 40. dist.  
 e cap. si. de calumniatori. dixi de calumnia-  
 torum & accusatorum delictis, lib. 3. 2. Syn-  
 tagma. iuris vniuersi, c. 20. 21. 22. Sicque  
 in summa denuntians, ut accusator, si non  
 probat, quod intendit, calumniari presu-  
 mitur, can. qui non probauerit, 2. q. 3. l. 1.  
 C. de aduocatis diuersi iudi. Probabitur  
 autem non proposuisse animo calumnian-  
 di, ex purgatione canonica, qua pendet ex  
 arbitrio iudicis, num talis sit. Sunt enim  
 purgationes arbitrario, c. inquisitionis, de  
 simonia. maxime ubi non sunt forma pur-  
 gationis determinata a lege, ca. de causis, §.  
 illis autem, de offi. deleg. probabitur & per  
 iuramentum, ut c. presentium, de testibus.  
 c. pastoralis, de excep.  
 f Non minus quam maledici libellos famo-  
 sos secrete componentes, l. vnica, de famos.  
 libel. C.  
 g l. penult. de delatorib. lib. 10. C. inter calu-  
 mniatores positi, qui secreto deserunt. l. no-  
 stris, de calumniat. Cod. ita Tyberius Casar  
 precipuos ex delatoribus priuatis, qui an-  
 tea ab Imperatorib. probabantur, & pra-  
 mio donabantur, vno die occidi iussit, ut  
 scribit Dio Cassius, li. 38. Titus vero vrbe  
 expulit, ut ait Xiphilinus ex Dione. At  
 Traianus naufragio sine velis & remis  
 nauibus impositos, mari exposuit, ut testis  
 Plinius in Panegyrico eius. Euadet tamen  
 maculam delatoris, is qui denuntiauerit,  
 si sua inierit, l. deferre, §. sed et si commu-  
 nem, & l. delator, de iure fisci. l. nulla ma-  
 cula, de delator. lib. 10. C. c. 3. de accusat.  
 h l. 1. & 3. de prauaricatoribus. P. l. 1. ad se-  
 natuconsultum Turpil. P. l. 4. athletas, §. item  
 prauaricatores, de his, qui notant infam. P. l.  
 prauaricatores, 212. de verborum signifi-  
 cat. vide quae dixi, de prauaricatore eius-  
 que poena, libr. 32. syntagmatis iuris vni-  
 uersi, c. 21.

Ai l. 1. ad senatuconsultum Turpil. vide & quae di-  
 ximus, de tergiversatore praedicto, lib. 32.  
 syntagmatis, c. 22. Quis dicatur destituisse  
 ab accusatione, tractatur in l. fi. C. ad sena-  
 tuconsultum Turpil. l. destituisse, l. ab accusatore,  
 in prin. & §. destituisse, de accusat. P.

## DE PROBATIONIBVS.

## TITVLVS X.

Ba Agitur de probationibus, lib. 2. decretalium, tit.  
 19. lib. 2. Clem. tit. 7. lib. 22. P. tit. 13. de probati-  
 onibus & presumptionibus, & lib. 4. C. tit. 19.

## CAPVT I.

- 1 Continuatio.
- 2 Et quid probatio.
- 3 Diuisio.

IN criminalibus & ciuilibus causis ¶ ple. 1  
 raque dubia, idque fere semper, propo-  
 nuntur, de quibus probatio exigitur, ante-  
 quam certa sententia ferri possit, quae se-  
 cundum allegata & probata fertur, & pro-  
 inde post petitiones, accusationis propo-  
 sitiones & contestationes necesse est, per-  
 ueniri ad probationes, a actore quippe  
 non probante, reus absoluitur. b

Causa iudicii, ¶ aut argumeto, aut pro-  
 batione constat. Argumentum, nunquam  
 testibus, nunquam tabulis dat probatio-  
 nem, sed sola sui inuestigatione inuenit ver-  
 ritatem. Vnde dictum argumentum, quasi  
 argute inuentum, probatio autem testib.  
 & fide tabularum constat. c Probare est rei  
 dubiae fidem facere. d

Probationum ¶ quaedam apertissima  
 & euidentissima, e quae maxime in crimi-  
 nibus demonstrandis exigitur, falsa, quae  
 euident & clara, quae fit per testes, vel facti  
 euidentiam, seu apparentiam. g Alia mi-  
 nus euident, quae fit per coniecturas. h  
 Rursum probationum quaedam plena, quae-  
 dam semiplena vel imperfecta. Plena quae  
 perfecta, & quam lex censet habendam  
 pro veritate, i & ex qua iudex adducitur ad  
 fidem & credulitatem eius, quod propo-  
 situm